



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Neophytvs M. 20. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

citabantur. Enim verò interponere se hic Tribunus SEBASTIANVS, turpe inq; à tam sanctis castris fugam omnibus viribus disuadere. Dicenti cælum aplausit, pliisque oratorem lumine suo vicit, simūl vox insonuit ejusmodi, *Nunquam non mecum eris.* Ab eo tempore non jam factum Esculapium Romani habuerunt. Ita omnes morbos pellere SEBASTIANVS; ita docte, dum corpori medicinam ficeret, animum quoque morbidorum ad sanam fidem adducere. Inter hos cum jam urbi etiam Praefectus numeraretur, imperio Diocletiani male sani medicum suum sagittis confodiunt, confossum & prope exanimem negligunt. Sed qui SEBASTIANI manu curare alios voluit, suā SEBASTIANVM non possit? imò verò adest ille incolumis, & sub aspectum tyranni iterum se listit; mox tamen inter fustuarium fortē animam expirat, corpusque in cloacas abjectum Lucinæ tumulum committit. *Hac ex Sur.* Cæterum ejus crano hodie Ebersperga Bojorū gloriatur, magnâ semper illuc confluentium religione, longè tamen majori recedentium, ubi votorum damnati sunt, lœtitia.

O verè illum degenerem & omnis boni expertem,
qui cælestis vita amore non capitur; qui timet hanc
perituram perdere, ut illam possit accipere, quia pe-
rire penitus non novit. Ex Orat. S. Sebast.

S. NEOPHYTUS M. 20. Ianuarij.

Ita est, uti sua adolescentem etiam urticam acrimonia loquitur, ita suis nobilissimis quemque flosculum, cum primū exoritur, odor terris cæloque prodit. Ita quem tibi pinxit, NEOPHYTUS Nicæa Bithyniæ oriundus jam inde à puero

Ian.
ribu-
stris
cæ-
o ve-
non
Escu-
rbos
i me-
orū
urb-
etia-
iunt,
Sed
a SE-
ncō-
stīt;
n ex-
e tu-
cīus
agnā
men
sunt,
em,
vane
ape-
ij-
icam
em-
erris
IEO-
e à
uero

21. Ian. VITÆ SANCTORUM. 41
puero sanctiore spiritu yisus est agi. Hic sub columbae candore lectulum s̄epenumero Divivolatu ambire : hic postquam matri , quam ab eā nascendo acceperat , vitam reddidisset , Dux ei in montem Olympum esse , speluncam hospiti monstrare,& à feris purgare. Ecquid porro mirum , si post ipsum Nomen , Angelum etiam tutelarem tam habuit familiarem ? Nam iste victimum clienti suo ministrare ; iste sub annum trecentesimum , cūm vale jam parentibus divino jussu dixisset , opesque in pauperem turbam erogasset, ad tribunal Decii Imperatoris comes esse , testis virtuti clientis sui apud Superos , & præco futurus. Ibi Martyr à flagris , flammis , ferisque innoxius , nocenti tandem carnificis ferro cecidit , monuitque non mentiri poëtas , qui ex Olympo ad cœlos esse aditū canunt. Ex Martyrol. Rom. & Men. eti. Græcis.

Delectatur Dominus IESVS in gravitate vitæ , in cordium puritate , & in perfectione virtutum servorum suorum. Propterea Angelicam conversationem tenere conentur , quotquot cœlesti domino gratissimum desiderant exhibere famulatum B. Laur. Iust. de discip. Monast.. Convers.

S. FRVCTVOSVS E. M. 21. Ianuarij.

Bant ab Æmiliano Præside missi lictores , qui FRVCTVOSVM Tarragonis Episcopum in vincula abriperent. Non fugit hic , sed bonum se pastorem probaturus obviam etiam ivit lupis. In catere vero constitutus signum scilicet exspectavit , quo currere ad immortalitatem juberetur. Iamq; feria VI. aderat , quā Christus ipse martyribus mapam misit , cūm FRVCTVOSVS duobus stipatus comitibus ad rogam cucurrit. Exitinere oblatum à pīts